

comite de Wizenuels et comite Vlrico de Witin et Friderico comite de Brén bono et animo
 volenti consentientibus et, quicquid iuris in villa predicta Ranstede videbantur habere,
 una nobiscum Celensi monasterio plenissime resignaverunt. Igitur ne iam sepe dictis
 monachis Cellensibus in posterum pro tam sollempni contractu quispiam calumpnias
 5 struere molliatur, presentem exinde paginam sigilli nostri impressione comunimus et
 idoneorum astipulatione virorum, quorum sup̄ter exarata sunt nomina, roboramus. Ber-
 toldus Nvenburgensis episcopus. Euerhardus Mersburgensis episcopus. Theodericus
 Misnensis episcopus. Albertus Misnensis marchio et frater eius Theodericus comes de
 Wizenvels. C̄nradus Orientalis marchio de Landesberg frater noster. Vlricus comes de
 10 Witin. Fridericus comes de Bren. Sifridus abbas de Pigawia. Warmundus abbas de
 Porta. Heinricus advocatus de Scudiz. Albertus de Drozic. Bertrammus et Luderus
 canonici de Misna. Petrus de Hagene et frater eius Bere de Cleberg. Otto de P̄v̄ch.
 Bernhardus de Trebecin. Otto pincerna de Groiz. Heinricus de Chorun. Wlferus de
 Pessene. Guntherus de Rohsberg. Rudolfus de Bunowe. Albertus de Groiz et alii multi.
 15 Acta sunt hec in Lipz anno gracie M̄CC̄XC, indictione XIII, sub abbate Matheo, regnante
 Heinrico imperatore invictissimo; feliciter amen.

(SFR.)

561.

*Markgraf Konrad ertheilt zu dem zwischen seinem Bruder Dietrich und dem Kloster Altzelle (vergl.
 20 No. 560) wegen des Dorfes Altranstädt abgeschlossenen Kaufe seine Genehmigung. Leipzig, 1190.*

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 97. Das an rothseidenen Fäden hängende S. ist gut erhalten =
 Taf. IX. 6. In dorso: Cyrografum marchionis C̄nradi super Ranstede (gleichzeitig). An der Urkunde hängt
 ein Pergamentstreifen mit der Notiz: Privilegium C̄nradi marchionis super ranstete (Saec. XIII).*

Gedr.: König, Adelshistorie 2, 128.

25 *Anm.: Wegen der Datirung vergl. No. 560.*

C. : In nomine sancte et individue trinitatis. Cunradus: divina favente clementia
 Orientalis marchio. Ad hoc divine nos | pietatis et dignationis gratuita dispensatione et
 promotione ad terrene postestatis gubernationem credimus constitutos, ut in tem|poralibus
 subsidiis servorum dei promovendis utilitatibus propensiori studio intendamus et cautela
 30 providentie, quā possumus, contra secularem maliciam et astutie machinationem in poste-
 rum privilegii nostri confirmatione prospiciamus. Hinc est, quod universitati fidelium
 tam presentium quam futurorum notificandum duximus, fratrem nostrum germanum
 Theodericum comitem dilecte nobis ecclesie Cellensi villam Ranstede, quam hereditario
 iure et proprietario possedit, cum nostro consensu et bene placito legitima iuris prosecu-
 35 tione pro CCC marcis vendidisse et eandem venditionem in presentia nostra et cognati
 nostri marchionis Alberti in Lipzk debita donatione et oblatione super reliquias plenarie
 confirmasse. Ceterum, ut huius venditionis transactio rata et in perpetuum inconvulsa
 perseveret, presentis pagine cautionem sigilli nostri impressione signavimus et ydoneorum
 testium subscriptione roboravimus, quorum nomina sunt hec. Petrus de Hagene et frater
 40 eius Bere de Cleberc. Otto de Powch. Bernhardus de Trebezin. Otto pincerna de